

uentualibus, Fratribusquē & sororibus, nec
 non Monialibus & conuersis & oblati ac v-
 triusquē sexus personis de pœnitentia, seu ter-
 ti habitus nuncupatis, à prædecessoribus ip-
 ius Leonis, aut ab ipso eiusque successoribus,
 aut aliis auctoritatem habentibus, coniunctim,
 vel diuisim, in genere, vel in specie, concessa
 sunt, aut in posterum cōcedentur: ac si omnia
 & singula nominatim exprimerentur dicto
 Ordini Prædicatorum, & illius Ecclesis, ora-
 toriis, & Ecclesias ipsas & oratoria visitan-
 tibus, seu pro earum mantentione, & orna-
 tu contribuentibus, nec non domibus, Magi-
 stroquē Generali, Pronincialibus, & Con-
 uentualibus Fratribus, etiam sororibus siue
 Monialibus: conuersis quoquē, & oblati, ac
 vtriusquē sexus personis, de pœnitentia no-
 minatis, & aliis eiusdem Ordinis personis, ex
 Compendio Cap. Font. num. 15.

¶ Collector priuilegiorum aduertit, q̄
 Leo. 10. in fine huius cōcessionis latissimas, &
 fortissimas non obstantias ponit, ita q̄ in om-
 nibus cōmunicationibus priuilegiorū nō repe-
 riatur alia melior concessio, nec adhuc a qua-
 lis vt patebit bene intuenti. Sed re vera vt
 notat Pater Magister à Veracruce alia commu-
 nicatio